SMARAGDUS
Freising, Mitte 9. Jh. Seite 320
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

promittebat. qui diligit me diligetur a patre meo, & ego diligam eum &
ostendam meipsum illi, haec quippe natura eius, aequaliter cum patre
visibilis, sic aequaliter incorruptibilis est. quia continuatur apt
posuit dicens: regi autem seculorum invisibili incorruptibili divinam
substantiam quapotuit hominibus predicatione commendans.
dei ergo rex invisibilis, neque oculo sed mente querendus est. sed
quemadmodum visibilem visum videre uellemus oculum corpo
ris purgaremus. unde videri lux potest uolentes videre dum oculum
cordis quo deus videri potest purgemus. Beati enim mundo corde
quoniam ipsi deum videbunt. Verum quia haec visio in futuro speratur.
quid agendum est nobis dum adhuc constituti in corpore peregri
namur a domino. quo solatio intendum ubi divina visione nec dum licet
pfrui, Si diligamus nos invicem deus in nobis manet, Sed nemo put
hanc dilectionem in qua deus manet abiecta & desidiosa quadam mansue
tudine immo non mansuetudine sed remissione & neglegentia reser
uari. non est ista caritas sed languor. fer ueat caritas ad corrigendum
ad emendandum sed sunt boni mores delectant. sunt mali emenden
tur corrigantur. Si ergo diligamus invicem sincera & disciplina
bili caritate deus in nobis manet. operibus quidem ipsius caritatis ma
nifestatur. quam uis nondum visibiliter apparens. & caritas ei
in nobis perfecta est. Quaerendum autem quomodo dicat pfectione divi
ne caritatis in mutua dilectione consistere. cum dns in euangelio
pronuntiet. non est magnum si diligamus eos qui nos diligunt. nisi ad
inimicos & iam de quibus hic pentitus tacere uideatur eadem dilectio
pringat. nisi forte ipsos inimicos fraternis amoris intuitu diligere
debemus. uidelicet ut in sep inimici remaneant. sed resipiscant a diabo
li laqueis. nobisque germano foedere socientur. Si diligamus inquit
invicem deus in nobis manet. & caritas eius in nobis perfecta est. Incipe
diligere perficeris. cepisti diligere coepit inter deus habitare. ut per
fectius habitando faciat te perfectum. In hoc intellegimus quoniam
in eo manemus & ipse in nobis. quoniam de spiritu suo dedit nobis. hoc ip
sum quod de spiritu suo dedit tibi unde cognoscis. interroga uiscera
tua si plenae sunt caritate habens spem dei paulo teste quiant. quia
caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. &
nos uidimus & testificamur. quoniam pater misit filium suum saluato
rem mundi. quemadmodum desalute disper & quia & in magnis morbis ce
lerum quidem primunt. omnis est medicus qui salu & Tantum memi
nerit quisque quod idem filius dei quiuenit mitis ut saluar &